581.143
R272

+QK281
.R4
v.11


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA ATQUE POPULIQUE SALUTE
• 1891 •
LIBRARY

Given by Hon. Addison Brown
1913
Septemb 1892 R. W. Gibson Invt.

ICONES
FLORAE GERMANICAE ET HELVETICAE

SIMUL

PEDEMONTANAE, TYROLENSIS, ISTRIACAE, DALMATICAE, AUSTRIACAE, HUNGARICAE, TRANSYLVANICAE, MORAVICAE, BORUSSICAE, HOLSATICAE, BELGICAE, HOLLANDICAE,

ERGO

MEDIAE EUROPAE.

ICONOGRAPHIA ET SUPPLEMENTUM AD OPERA WILDENOWII, SCHKUHRII, PERSOONII, DECANDOLLEI, GAUDINI, KOCHII ALIORUMQUE.

EXHIBENS

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

COLLECTIONEM COMPENDIOSAM IMAGINUM CHARACTERISTICARUM OMNIUM GENERUM ATQUE SPECIERUM

QUAS IN SUA

FLORA GERMANICA EXCURSORIA

RECENSUIT

AUCTOR

LUDOVICUS REICHENBACH.

VOLUMEN DECIMUM PRIMUM

CUI INSUNT

CONIFERAE, TAXINEAE, CYTINEAE, SANTALACEAE, ELAEAGNEAE, THYMELAEACEAE ET AMENTACEARUM SALICINEAE.

LIPSIAE

APUD FRIEDERICUM HOFMEISTER.

1849.

Coniferae, Taxineae, Cytineae, Santalaceae, Elaeagneae, Thymelaeaceae et Amentaceearum Salicineae

IN FLORA GERMANICA

RECENSITAE

ERGO

IN GERMANIA, HELVETIA, PEDEMONTIO, TYROLI, ISTRIA, DALMATIA, AUSTRIA, HUNGARIA TRANSYLVANIA, MORAVIA, BORUSSIA, HOLSATIA, BELGIA, HOLLANDIA

PROVENIENTES

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

ICONIBUS CHARACTERISTICIS ILLUSTRATAE

AUCTORE

LUDOVICO REICHENBACH,

EQUIT. ORD. SAXON. MERIT. CIVIL. PHIL. MED. ET CHIRURG. DOCT.
REG. SAX. CONSIL. AUL. HIST. NAT. PROF. MUSEI ZOOLOG. MINERALOG. ET HORTI BOT. DIRECT. ACAD. ET SOCIET. COMPLUR. SOCIO.

TABULARUM AENEARUM CENTURIA ICONIBUS CCL.

LIBRARY
NEW YORK

LIPSIAE

APUD FRIEDERICUM HOFMEISTER.

1849.

Familia LVIII. **Coniferae** Juss.

Repert. herbarii p. XLIII. et 62.

— Endlicher synopsis Coniferarum. Sangalli 1847. —

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Divis. I. Abietineae Rich.

Squamae dispermae. Semina squamae adnata.

CLIX. Pinus Linn. Monoica. Amenta *mascula* solitaria aut spicata. Stam. plurima in axi, antherae opposite-biloculares squamae connectivo superatae. Am. *feminea* solitaria aut fasciculata, squamae imbricatae, gemmulae squamis superne in basi geminae adnatae, inversae, atropae, micropyle deorsum spectante lacero-bifida. Strobilus lignescens, semina unialata, embryo in albuminis carnoso-oleosi axi antitropus, cotyledonibus 2—12 linearibus.

a) *Pinaster:* squamarum area pyramidata umbone centrali. Sem. alata. Folia gemina aut rarissime terna.

1127. Pinus silvestris L. foliis gemmis rigidis glaucescentibus, strobilis ovatooblongis in pedunculo uncinato reflexis, squamarum area pyramidata recta opaca rugosa umbone truncato lato mutico *Fl. germ.* 159. Endl. synops. 171. Vis. dalm. 199. 387. *P. rubra* Mill. Rchb. *Fl. germ.* ib. 965. ligno rubroferrugineo, gemmis rubris, antheris roseis, strobilis subverticillatis differt.

Icon tab. DXXI. supra ramus masculus florens et strobilus varietatis rubrae. Stamina ante dehiscentiam extrorsum et introrsum tunc a latere visa, anthera dehiscens et ultima evacuata.
Infra ramus femineus apice florens, infra strobili juniores et adultus. Folii transsecti apex. Strobilus florens auctus, squamae strobili florentis ab utraque pagina visae cum floribus femineis adnatis. Semina cum ala, nucula sine ala dissecta ut embryo conspiciatur.

Sylvas constituit in arenosis planitiei montiumque inferiorum. Fl. Majo et Junio iueunte. ♄.

1128. Pinus obliqua Sauter: ramis arcuatis, strobilis ex ovato oblique conicis, pedunculo laterali. Saut. in Rchb. *Fl. germ. exc.* 159. 167. *Fl. germ. exciss.* 2144. *P. rotundata* Link ib. n. 966. *P. uliginosa* Wimmer Arbeit. d. schles. Gesellsch. 1837. 95. 98.

Icon tab. DXXII. Specimen fructigerum a cl. Sauter.
Strobilus, squamae a dorso et latere et transsecti folii apex.

In subalpinis. Tirol: Sauter! Schlesien: Schauer! Juni. ♄.

Obs. Ill. Endlicher sequenti ut var. b. „squamarum apophysi abbreviata, umbone mutico" adduxit, utrumque autem in nostra minus inclaruit, eique folia pariter atque strobili differunt.

1129. Pinus uncinata Ramond: foliis geminis glaucescentibus acuminatis, strobilis oblique subglobosis umbone uncinato, seminis ala lateribus longitudinalibus parallelis. *Fl. germ.* 160. 969.

Icon. tab. DXXII. Specimen e Helvetia occidentali fructigerum.
Strobili squama, semina, apex folii transsecti.

Habitat in alpibus in Helvetia occidentali. Jul. ♄.

1130. Pinus Mughus Scop. trunco prostrato, ramis adscendentibus, foliis geminis rigidis obtusis, strobilis subgeminatis maturis divergentibus, post dehiscentiam basi planis, umbonis processu verruciformi, seminum alae latere altero maxime arcuato. *Fl. germ.* 159. 968. *Fl. exicc.* 724. Vis. dalm. 200. 391. *P. Pumilio* Clus. Haenke. Endl. syn. 169.

Icon. tab. DXXIII. Specimina sudetica, masculum florens, femineum florens et fructigerum.
Antherae, squamae cum floribus femineis, strobilus post dehiscentiam a latere et a basi visus, squama ex inferioribus et e superioribus, semen et auctum cum ala, nucula dissecta apices foliorum a latere et a facie visi.

Habitat in Sudetis et in alpium uliginosis inter 4000—7500′ in Carpathis ultra Piccam 4100—5600′. Jun. Jul. ♄.

1131. Pinus Laricio Poir. foliis geminis elongatis, strobilis subsessilibus a basi regularibus, squamarum unguis carina elevata deplana, area nitida convexa transverse suberistata umbone submutico. Endl. syn. 178. a. *Poiretiana.* b. *austriaca* Höss. Rchb. *Fl. germ.* 160. 971: ramis horizontalibus, ramulorum cortice cinerascentifuliginoso, foliis patentibus rigidis, squamarum ungue intus ad sulcum medianum et margineu areae seminum alae subtensae distinctissime sphacelatis. *P. nigricans* Host. Vis. Fl. dalm. I. 199. Rchb. *Fl. germ. exsicc.* 2017. *nigra.* Link. *sylvestris* Baumg. *Pinaster* Bess. Roch. Bluff et Fingerh.

Icon. tab. DXXIV. Specimen ex Austria.
Amentum masculum, anthera a latere, eadem a dorso. Strobilus maturus et alius post dehiscentiam, semen et id. auctum, apex folii transsecti.

Var. b. *austriaca* habitat frequens in montibus calcareis in Carnithia, Styria, Austria inferiori, Moravia, Galicia, in Transylvania et in Banatu. Majo. Junio. ♄.

1132. Pinus Pinaster Solander in Ait. h. Kew. foliis geminis elongatis, strobilis verticillatis confertis ovato oblongis oblique breve-pedunculatis, demum reflexis, squamarum area elevatopyramidata, umbone acuto Endl. syn. 168. Rchb. *Fl. germ.* 160. 970. *exsicc.* 1219. Vis. *Fl. dalm.* 199. 386. *P. sylvestris* Mill. Dict. *maritima* Lam. *syrtica* Thore. — Varietates: *β. P. escarena* Risso. *γ. P. Lemoniana* Bentii. *δ. P. Pin. minor.* Lois. *ε. variegata.*

Icon. tab. DXXV. ad specimen florens.
Ramus cum amentis femineis, singulum auctum ad sinistram, et squamae eiusdem auctae, infra amentum masculum et anthera inferne et lataraliter visa. Ad dextram strobili immaturi in ramulo novello, infra strobilus maturus et semen.

Habitat in maritimis regionis australis in Italia superiore. — volhynica et banatica planta precedenti speciei convenit — Majo. ♄.

1133. Pinus halepensis Mill. foliis geminis tenuibus strictis glaucescentibus strobilum aequantibus, strobilo distincte pedunculato demum reflexo ovato subcylindrico, squamarum area planiuscula laevi transversim eristata, umbone elevato, seminum ala nucleum pluries

longa subparallele oblonga. Endl. syn. 180. Rchb. *Fl. germ.* 160 973. Vis. *Fl. dalm.* I. 200. 390.

Icon tab. DXXVI. Specimina e Dalmatia.

Ramus masculus et femineus florens, infra amentum masculum, anthera a latere et a dorso, semen, strobilus maturus et alius post dehiscentiam.

Habitat ad oram maris mediterranei et adriatici. Mai. ♄.

1134. Pinus maritima Lamb. foliis geminis strictis elongatis tenuibus strobilum duplum longis, strobilo pedunculato reflexo ovato, squamarum area planiuscula cristata nitida versus umbonem planum radiata, seminum ala ampla angulata. Endl. syn. 181.

Icon tab. DXXVII. Specimina culta, ramus masculus et femineus et apex folii.

Strobilus immaturus ad simistram et anthera postice et a latere visa. Tunc squama intus visa cum semine gemino et alia subtus visa utraque figura Lambertiana. Strobilus tandem maturus et semen cum ala rectius fortasse pertinent *P. Pinastro.*

Comparanda tantum additur, cum plures aliae species nomine insignientur eodem. Graeciae indigena.

b) *Pinea:* squamarum area pyramidatoconvexa umbone centrali. Sem. aptera. Fol. subgemina.

1135. Pinus Pinea L. ramis fastigiatis, foliis geminis strictis elongatis strobilum aequantibus, strobilo pedunculato reflexo ovatorotundato, area lata pyramidatoconvexa nitida, umbone lato plano, seminum ala submulla. Endl. syn. 182. Rchb. *Fl. germ.* 160. 792. *Fl. germ. exsicc.* 1138. Vis. dalm. 199. 389.

Icon. tab. DXXVIII. ramus florens et fructifer, apex folii transsecti.

Infra amentum masculum et anthera.

Icon tab. DXXIX. 1135b. Strobilus maturus dehiscens. Squama supra visa cum seminibus, ala soluta, semen denudatum, id. dissectum, nucleus dissectus cum embryone, embryo, squama a dorso.

Habitat sata in regione australi, in insula Candia spontanea teste ill. Endlicher. Mai. ♄.

c) *Cembra:* squamarum area dimidiatopyramidata, umbone terminali. Semina aptera. Folia quina — quaterna — sena, strobili erecti.

1136. Pinus Cembra L. foliis subquinis, vaginarum elongatarum squamis interioribus spatulatolinearibus integerrimis flaccide patentibus, antherarum crista semicirculari dentata, strobilis subumbilicato breve ovatis obtusis, squamis cuneatis area late rhombea obtusa margine planiuscula, umbone terminali latelanceolato. Endl. syn. 141. Rchb. *Fl. germ.* 160. 975. *exsicc.* n. 725.

Icon. tab. DXXX. Specimen tirolense florens.

Infra amentum masculum auctum, anthera dehiscens postice visa, strobilus junior et adultus, squama cum nucibus, nuces dissectae cum nucleo, nucleus, idem absque nucleaneo, nucleus dissectus cum embryone, embryo magis auctus, apex folii transsecti.

Habitat in alpium jugis a Delphinatu, Pedemontio, Vallesia ad Styriam et Austriam supra Onasum et ab alpibus Salisburgensibus ad montem Cenisium plerumque supra terminum abietis altitudine 4000—6500′ partim sylvas ipsa constituens. In Carpathis convalles intimas subalpinas a Raczkowa ad Weissensee comitatus Scepus sparsim incolit alt. 3900—4800′ infra terminum abietis incipiens, eiusdem vero limitem excedens, in Transylvania subalpina, in sylvis Bistricensibus et Rodnensibus haud rara. Conf. Endl. l. c. Mai, Jun. ♄.

d) *Larix*: Strobili squamae persistentes bracteis inclusis. Folia sessilia annua plana fasciculata, tandem solitaria, pulvinis decurrentibus, linearibus nec sursum incrassatis, totis adnatis, cicatricibus rhombeis v. triangularibus. Amenta staminigera ex apicibus gemmarum foliiferarum.

1137. Pinus Larix Linn. foliis linearitetragonis obtusiusculis, strobilis adscendentibus, bracteis inclusis v. exsertis panduraeformibus cuspidatis, squamis ovatis retusis, seminum ala rotundata integerrima. Endl. syn. 133. *Larix europaea* DeC. Rchb. *Fl. germ.* 158. 961.

Icon tab. DXXXI. ad vivum. Ramus florens et fructifer.

Infra amentum masculum et stamen a dorso et a latere, Strobilus florens, sub eo ad dextram squama et eadem ad sinistram aucta, inter eas bracteola. Strobili maturi squama a dorso et a facie cum seminibus et semina.

Habitat in Sudetis et in alpibus Europae mediae inprimis in rhaeticis et vallesiacis ad 5000′ elevationem, in Carpathis cum piceis mixta earumque limitem paullo excedens. Alibi sata silvatica et hic ille copiosa. Sub finem Apr. Maio. ♄.

e) *Abies* Lk. strobili squamae a rhachi persistente solutae, bracteis exsertis v. inclusis. — Folia distincte petiolata, petiolis cylindricis basi incrassatis, pulvinis decurrentibus et superne ultra cicatricem orbicularem productis, ideo rhombeis, saepe obsoletis et parum conspicuis. Endl. syn. 89.

1138. Pinus picea Du Roi: foliis compressotetragonis, strobili cylindrici nutantis squamis planis rhombeis apice truncato-excisis. Endl. syn. 116. *P. abies* Linn. *excelsa* Lam. et DeC. Rchb. *Fl. germ.* 159. 962.

Icon tab. DXXXII. specimina ad vivum.

Ramus masculus florens. Infra ramulus femineus et strobilus florens auctus.

Apex folii transsecti, stamen a latere, strobilus maturus, squama a facie cum seminibus. semina.

Habitat in tractu alpium Europae mediae in Helvetia et Tiroli inter 4000—6500 pedum elevationem frequens in mont. Stilfserjoch ad 7000′ adscendens nana. Frequens in Carpathi exterioris subalpinis usque 4500′ et in centrali a planitie usque 4700′ copiosissima, nec rarior in Germanica planitie. Maio. ♄.

1139. Pinus Abies Du Roi: foliis pectinatodistichis linearibus retusis, obtusis aut mucronulatis subtus candidis, strobili cylindrici erecti bracteis exsertis lineari-spatulatis cuspidatis reflexis demum evanidis, squamis e basi cuneata rotundato dilatatis. Endl. syn. 95. *P. picea* Linn. *pectinata* Lam. *Abies alba* Mill. *pectinata* DeC. *picea* Rchb. *Fl. germ.* 159, 963. Vis. dalm. 200. 392. *taxifolia* Desf. *vulgaris* Poir. *excelsa* Lk.

Icon tab. DXXXIII. specimen ad vivum. Ramulus florens et sterilis inversus.

Plantula germinans. Strobilus immaturus. Amentum masculum auctum, stamen. Squamae strobili florentis cum bracteola. Squama cum maturi a dorso et altera a facie cum seminibus et supra semina sejuncta.

Habitat frequens in alpibus in utroque declivi rarius a 1000—4500′ adscendens, plerumque parte boreali inter 1000′ et 4200 in australi inter 2000—5500. In silvis montanis inter planitiem frequens adscendit rarius ad 3000′. Maio ♃.

Divis. II. Cupressineae Rich.

Strobili squamae peltatae. Folia opposita.

CLX. Cupressus Linn. Monoica. Stam. in axi decussatim opposita quadrifariam imbricata, connectivo excentrice peltato ovato mutico loculis 4 horizontalibus longitud.

dehisc. Squamae gemmuliferae 6—8, axi decussatim insertae basi sup. incrassatae, inferne solutae patulae. Gemmulae plurimae erectae, atropae. Micropyle breviter lageniformis. Strobilus e squamis peltatis suborbiculatis. Sem. erecta, integumento osseo, alata. Embryo antitropus, cotyledones 2—3.

1140. Cupressus sempervirens (*α.*) L. coma conica ramulis tetragonis, foliis adpressis obtusis carina convexa, strobili globosoovati squamis vix umbonatis. *C. sempervirens* Mill. Rich. Rchb. *Fl. germ.* **161. 976.** *fastigiata* Dec. Endl. syn. **57.** *pyramidalis* Targ. Tozt.

Icon tab. DXXXIV. Ramulus inferior ad specimen vivum.

Infra amentum masculum antequam efflorüit, tunc sub anthesi, ad sinistram squama cum antheris, ad dextram squama cum floribus femineis et amentum femineum sub anthesi. Flos femineus auctus, strobili, semina, semen auctum et transsectum.

Habitationem cf. infra.

1141. Cupressus horizontalis Mill. coma effusa ramis patentibus, ramulis cylindricis, foliis arcte adpressis acutiusculis dorso convexis ecarinatis, strobili globosi squamis umbonatis. Rchb. *Fl. germ.* **161. 877.** Endl. syn. **56.** *C. sempervirens β.* L. sp. *C. expansa* et *orientalis* Hortul. *Tournefortii* Audibert. Cat. **1834.** — Var. *C. pendula* Hort.

Icon tab. DXXXIV. Ramulus superior, ramuli laterales et strobilus.

(*Habitat* in Creta, Bithynia, Persia.) C. sempervirens *α.* s. fastigiata Dec. in Graecia, Asia minore et in omni Dalmatia littorali, per mediterraream regionem passim culta. Febr. Mart. ♄.

CLXI. Juniperus Linn.

Dioica rarius monoica. stam. plurima in axi decussatim opposita v. terna, 4—6 fariam imbricata, filam. brevissima connectivi processu suborbiculato, subtus antherae 3—6 simplices longitudinaliter dehiscentes. Fem. squamae gemmuliferae carnosae imbricatae. Gemmula centralis haud raro collaterales, erectae, atropae, micropyle terminalis lageniformis. Galbulus 1—3—8 spermus. Sem. erecta, subtriquetra, embryo antitropus, cotyledones 2—3.

a) *Oxycedrus.* Semina libera. Folia ternatim verticillata, basi articulata eglandulosa. Gemmae perulatae.

1142. Juniperus communis L. ramis angulatis, foliis ternis demum patentissimis pungentibus, rectis canaliculatis obtuse carinatis, galbulis globosis folio dimidio brevioribus apice tuberculatis atris caesiopruinosis. *Fl. germ.* **161. 982** Endl. syn. **15. 7.**

Icon tab. DXXXV. ramulus masculus et femineus.

Amentum masculum, squama cum antheris. Flos femineus, fructus, idem transsectus, semen.

Habitat in ericetis, silvaticis montanis. In Dalmatia unico loco pr. Mioeich supra Dernis invenit cl. de Visiani. Mart. — Mai. ♄.

1143. Juniperus nana W. fruticosa prostrata, ramis angulatis, foliis ternis incurvato-patentibus v. subimbricatis lanceolato-linearibus pungentibus, canaliculatis caesiopruinosis obtuse carinatis, galbulis ovato globosis folium aequantibus acute tuberculatis atris prunosis. *Fl. germ.* **161. 981.** *exsicc.* n. **952.** Endl. syn. **13.** *I. communis γ.* L.

Icon tab. DXXXV. ramus florens et fructifer.

Folia aucta.

Habitat in subalpinis et in alpibus. Jun. Jul. ♄.

1143—44 vide infra.

1145. Juniperus Oxycedrus L. ramis acutangulis, foliis rectis ternis pungentibus supra bisulcis subtus acute carinatis, galbulis globosis laevibus folium subaequantibus badiis pruinosis. *Fl. germ.* **161. 984.** *exsicc.* n. **564.**

Icon tab. DXXXVII. Ramulus masculus et femineus florens et fructifer.

Amentum masculum, axis cum staminum fasciculo, nucula et galbulus transsectus, ad dextram nucula aucta (L. C. Richard del.) „nuculae irregulariter ovoideae ad apicem emarginatum cuneatim attenuatae, infra emarginaturam minutulo tubilli calycini vestigio donatae; apice toto totaque facie inferna subdihedra et dimidio dorsali margine liberae sunt, lateribus vero dorsoque late adnatae sunt carni involueri et in superna laterum parte habent sibi adnatas binas ternasque vesiculas lineari oblongas resiniferas; praeter quas solito ad basim faciei introrsae conspicitur altera minor et subglobosa." Supra nucula transsecta monosperma.

Habitat in aridis arenosis maritimis regionis meridionalis. Maio. ♄.

1146. Juniperus macrocarpa Sm, ramis acutangulis, foliis ternis patentissimis in mucronem pungentem acuminatis supra caesiis bisulcatis subtus obtuse carinatis, galbulis („ovalibus basi attenuatis") tuberculatis folio longioribus coeruleopruinosis Endl. syn. **10.** Rchb. *Fl. germ. exsicc.* **1627.**

Icon tab. DXXXVI. ramus masculus et femineus fructiger.

Infra amentum masculum, squama antherifera et loculus separatus. Galbulus transsectus, nuculae et alia transsecta, apex folii transsecti.

Habitat („in Graecia, in arenosis maritimis Siciliae meridionalis et orientalis et in Istria" teste Endlicher) in ora petrosa inter Triest et Duino haud procul a pago Nabresina 25. Martii: Tommasini! a planta graeca in maritimis litoris Cumai non diversa, galbuli etiam huic non „ovales et basi attenuati" sunt.

b) *Sabina*: semina libera. Fol. opp. verticillata aut rarius sparsa, adnato-decurrentia acicularia patentia et alia squamaeformia imbricata, dorso resinoso-glandulifera. Gemmae nudae.

1143. Juniperus Sabina L. foliis oppositis ternisque, aliis acicularibus subulatis patentibus remotiusculis, aliis plerisque squamaeformibus rhombeis obtusiusculis adpressis, dorso glandula oblonga impressa notatis eearinatis, ramulis subcylindricis, fructiferis incurvis, galbulo globoso laevi brevioribus. *Fl. germ.* **161. 983.** *exsicc.* **1846.**

Icon tab. DXXXVI. Ramus fructifer, ramulus auctus.

Habitat in subalpinis Europae, in Salisburgo, Tiroli, Carniolia et in Vallesia. April. Mai. ♄.

1144. Juniperus phoenicea L. arborescens, foliis omnibus ternis v. squamaeformibus oppositis ovatis obtusis dorso sulco impresso adpressis, ramulis teretibus, fructiferis galbulo globoso laevi brevioribus. *Fl. germ.* **162. 985.** *exsicc.* **1137.** Endl. syn. **30.** et quidem *A. sclerocarpa*: fructu nitido duro.

Icon tab. DXXXVI. ramulus masculus et femineus fructifer, ramellus.

β. Lycia Linn. fructu pruinoso molli.

Icon ib. ramulus infimus.

Habitat in regione maxime meridionali in Dalmatia, ad Nieaeam. Maio. ♄.

1145 et **46.** conf. supra.

Familiae LIX. **Taxineae** Rich.

— Repert. herbarii p. XLII. et. 61 — Endl. syn. p. 231. —

CLXII. Taxus L. Dioica. Amenta mascula axillaria, decussatim imbricatobracteata, stam. in apice aggregata, filamenta brevia connectivo peltato infra loculis 6—8. Fl. fem. solitarii axillares, discus cupulaeformis brevissimus demum increscens, gemmula centralis sessilis atropa, apice pertusa. Fruct. drupaceus disco accreto carnoso aperto. Semen: nucula erecta integumento osseo, embryo in albuminis axi antitropus, cotyledones binae brevissimae, radicula crassiuscula-attenuata supera.

1147. Taxus baccata L. foliis linearibus subfalcatis acuminatis subrevolutis, perulis ovatis obtusis ecarinatis. *Fl. germ.* 156. 949. Endl. syn. 242.

Icon tab. DXXXVIII. Ramus masculus et femineus florens.

Folium auctum ex utraque pagina visum. Amentum masculum, stamen, flos femineus, idem dissectus, ramulus fructifer, fructus.

Habitat in montosis, in septentrionali regione passim culta. Mart. April. ♄.

CLXIII. Ephedra T. L. Dioica (paucae monoicae). Amenta subglobosa. Masc. in bracteis decussatis, membranaceis compressis, transversim bifidis solitarii, stam. monadelpha antherae terminales 2—4 loculares, loculis apice poro dehiscentibus. Fem. in bracteis decussatis bidentatis bifidis (quibusdam carnescentibus) solitarii aut gemini, bracteae intimae fundo adnatis; germen erectum, atropum, integumento duplici exterioris ore angusto, interiore in tubulum longe exsertum, limbo oblique ligulato (v. in quibusdam australi-americanis disciformi) producto. Syncarpium e bracteis succulentis (aridisve) sem. 1—2 integumento exteriore coriaceo indurato nuculiformi, interioris apice tubuloso exserto. — Europeae sub. div. Plagiopyle: am. fem. 1—2 flora e bract. 2—4 composita drupacea; tubulus micropyles oblique abscissus. limbo ligulato. — C. A. Meyer Monographie d. Gatt. Ephedra. Petersb. 1846. p. 63. Endl. syn. 253.

Obs. Utrumque operum citatorum accepi postquam tabula iam diu sculpta erat, propterea genus ducibus illis celeberrimis melius accommodare me non potuisse, valde doleo.

Species nostrae militantur in subdivisione.

* *Thraupalus*: amenta feminea biflora nuculae in 1148, 1148ᵇ, 1148ᶜ plano convexae.

1148. Ephedra distachya Linn. ramis rectis tuberculatis, amentis ad ramorum articulos pedunculo continuo vel articulato recto fultis vel subsessilibus, antheris suboctonis, mediis stipitatis, galbulis subglobosis erectis bifloris, involueri vaginis numarginatis bifidis, intima pseudonuculas ovato oblongas aequante, tubilli recti limbo ligulato longitudine partem tubulosam exsertam excedente. *E. vulgaris* Rich. conif. 26. — C. A. Meyer mon. 80. Endl. syn. 256. Rchb. *Fl. germ.* 156. 917. *Fl. exsicc.* n. 2325.

Monographus tres varietates distinguit, quae sunt:

α. *subtristachya*: amentis ad pedunculorum apicem saepius subternis. Nizza, Litt. australe Dalmatia. Spalato, Petter. Kerka Alschinger! Tirol. austr. pr. Tridentum Facchini Botzen: Elsmann! in Hungaria: b. Ofen auf dem Adlersberge: Lang!

β. ***media***: elata frutescens, amentis saepius solitariis pedunculo saepe marticulato fultis. ***E. monostachya*** M. Bieb. Beschr. d. Länd. am Kasp. Meere. Meyer Enum. Hohenacker. Caspica.

γ. ***submonostachya***: humilis suffruticosa, amentis saepius solitariis. ***E. monostachya*** Linn. ***Fl. germ.*** 156. 916. ***E. distachya*** Schk. t. 339. fem. ***polygonoides*** Pall.

Habitat: in Carinthia inter Udine et Pontebba: Herbich, in arenosis Hungariae ad Budam: Sadl.

Icon tab. DXXXIX. sistit ad sinistram ***E. distachyam*** α. ***subtristachyam*** tirolensem, figurae infimae staminum ad ***E. helveticam*** pertinent, et planta dextra est ***E. monostachyae*** L. s. ***E. vulgaris*** Rich. γ. ***submonostachya*** C. A. Mey.

Reliquae species iconibus addendae enumerantur:

1149b Ephedra helvetica C. A. Mey. fruticosa, ramis rectis tuberculatis; amentis ad ramorum articulos pedunculo (plerumque) continuo fultis; antheris suboctonis, mediis stipitatis; galbulis subglobosis erectis bifloris; involucri vagimis tribus immarginatis bifidis, intima pseudo-nuculas subovatas aequante; tubilli elongati torti parte tubulosa longitudine limbum ligulatum duplum longo. C. A. Meyer mon. 87. t. VIII. f. X. ***E. distachya*** Gaud. helv. VI. 304.

Habitat in Helvetia, in Valesia, Seduni ad rupes arcis Tourbillon, Fouly teste Hallero, pont de la Morge et pr. Saillon: Murrith.

1149c Ephedra campylopoda C. A. Mey. ramis ramulisque flexuosis distortis scandentibus tuberculatis; amentis ad ramorum articulos, masculis aggregatis sessilibus (saepissime) floribus geminis femineis sterilibus terminatis; antheris subsenis sessilibus; amentis femineis subovatis bifloris, pedunculo internodiis amento brevioribus intercepto fultis reflexis; involucri bracteis binis glabris, infima abbreviata cupuliformi subtruncata, intima apice biloba pseudo-nuculas ovatas aequante; tubilli recti limbo ligulato (brevi) longitudine partem tubulosum excedente. Meyer mon. 73. et fig. III. Endl. syn. 259. fragilis Sieb. ***Fl. cret. exsicc.***

Habitat in Dalmatia in ruinis castelli Buduae e muris et rupibus pendula: Tommasini, in loeis sabulosis pr. Torrete et frequens pr. Girolamo: Petter.

** ***Polycomptos***: amenta feminea uniflora, nuculae utrinque convexae.

1149d. Ephedra fragilis Desf. ramis ramulisque rectis tuberculatis (fragilibus amentis ad ramorum articulos aggregatis v. pedunculo brevissimo internodiis brevissimis intercepto fultis; antheris subquinis sessilibus; amentis femineis subcylindricis unifloris (saepissime) erectis; involucris bracteis tribus apice bilobis immarginatis, inferioribus abbreviatis, intima pseudonuculam (immaturam cylindricum) aequante; tubilli recti limbo (longe) ligulato longitudin parteem tubi exsertam subexcedente. Meyer mon. 69. et fig. II. Endl syn.

Habitat in Dalmatiae montibus? Portenschlag.

Familia LXVI. **Cytineae** Brngn.

Repert. herbarii p. XXXXI et 60.

CLXIV. Cytinus L. Fl. monoici bibracteati. Perigon. superum imbricato 4partitum. Stam. 8 connata, antherae adnatae extrorsae. Germen uniloculare, placentae 6—8 parietales, semina numerosa, albumen carnosum, embryo axilis rectus.

1150. Cytinus Hypocistis L. *Fl. germ.* 843. Planta carnosa, parasitica imbricato-squamosa palmaris et ultra, e Cisti inprimis *C. salvifolii* et *villosi* radicibus emersa.

Icon tab. DXL. ex imagine ill. Hookeri, *C. monspeliensi* insidens.
Figurae inferiores sunt: bracteae, flos cum bractea intus visus, idem a dorso bractea remota, flos masculus, idem interne visus et supra antherа, flos femineus, germen transsectum, stylus cum stigmate.

Habitat in insulis adriatici maris: Veglia, Ossero, Lesina et Curzola alla Badia. Fl. Maio. ☉.

Familia LXIX. **Santalaceae** R. Br.

Repert. herbarii p. XLII et 62.

CLXV. Thesium L. Perigon. 5fidum drupam monospermam includens et coronans. Stam. 5. dorso barbata. Stigma simplex.

* Flores tribracteati racemosi vel paniculati.

1151. Thesium alpinum L. decumbens racemis secundis demum erectopatentibus, folus linearibus uninervibus, drupa subglobosa. *Fl. germ.* 157. 954. *Fl. germ. exsicc.* n. 15

Icon tab. DXLI. Planta integra florens et fructigera ramis ut in cespite denso erectioribus.
Flos cum bracteis, idem fructifer, drupa, eadem transsecta, nucula.

Habitat passim in declivibus cespitosis et in ericetis ad margines silvarum in regionibus submontosis et subalpinis ad altitudinem 6000—8000'. In Helvetia: M. Nable au dessus de Nax, Torrenthorn, Vallon de Loéche etc. Rion! Maio, in alpibus Ang. 24.

1152. Thesium humile Vahl. decumbens caulibus ramisve a basi floriferis, ad angulos scabriusculis, ramellis floriferis flore fructuque brevioribus, foliis bracteisque rigidis. *Fl. germ.* 158. 957. *pl. crit.* VIII. 947. Vis. *Fl. dalm.* 223 410.

Icon tab. DXLII. Planta integra.
Flos in bracteis, idem post anthesin, ramulus fructifer.

Habitat in incultis in Austria inferiori pr. Wienerisch Neustadt: Welwitsch (in cl. Neilreich Flora Vindobonensi desideratur) in Moravia „auf Feldern bei Brünn, aber selten" Hochstetter! Mai. 24.

1153. Thesium humifusum DeC. caulibus prostratis subramoso-racemosis, ramellis floriferis demum divergentibus, fructu ovali perigonium involutum triplum longo, foliis anguste linearibus obsolete uninervibus. Koch syn. 717. 4.

Icon tab. DXLII. Planta caulibus aliis resectis, genuina in Depart. Dax lecta.
Flos, idem post anthesin.

Habitat in collibus et marginibus agrorum Austriae inferioris „bei Wagram unweit Wien" teste Dolliner. Jun. Jul. 24.

Obs. Longitudo bractearum ut in reliquis pro gradu racemi diversissima, in diagnosin vix recipienda.

1154. Thesium ramosum Hayne. caulibus erectis ramosis, racemis ramellisque floriferis erectopatulis, fructiferis fructum ter — quater longis, foliis subtrinerviis, bractea media fructu ovato subsessili perianthium involutum ter aequante, longiore. *Fl. germ.* 158. 958. *pl. crit.* V. 646.

Icon tab. DXLIII. Florens et fructifera.

Flos post anthesin, fructus bractea media transsecta.

Habitat in collibus siccis, arvis in Austria inferiori: auf der Türkenschanze, am Rand der Haide des Laaer Berges und in der Nähe der benachbarten Ziegelöfen, auf dem Schaafberge bei Pötzleinsdorf, auf Brachen bei Himberg, Achau und Laxenburg; im Marchfelde bei Kagran, Stadlau, Aspern, Wagram: Neilreich! Juli. Aug. 4.

1155. Thesium divaricatum Jan. suberectum, tenue racemoso-demum divaricato-paniculatum, bracteis carnososubtriquetris subulatis drupa oblonga brevioribus. *Fl. germ.* 157. 956., *pl. crit.* V. 648., *Fl. germ. exsicc.* 563.

Icon tab. DXLIII. Florens et fructiferum.

Flos, fructus.

Habitat in rupestribus littoralis: Monte spaccato: Rudolphi! Triest, Fiume, Genua: Kunze! Pedi Valdieri Tenda Rchb. fil.! et in omni Dalmatia. (Asia minor Boiss.!) Mai. 4.

1156. Thesium tenuifolium Saut. suberectum ramoso-racemosum longebracteatum, perigonii parte supera fructum subaequante. Saut. in litt.! Koch syn. 718. 8.

Icon tab. DXLIV. Planta inventoris florens et fructigera.

Flos, fructus.

Habitat in Austr. superiori ad ripas fluminis Steyer prope Steyer: Sauter! Brittinger! Uto und Inchel bei Zürich: Regel! Mai. 4.

1157. Thesium pratense Ehrh. racemosum aut paniculatum rachi demum flexuosa ramulis fructigeris divergenti-adscendentibus, perigonii parte superiore fructum subglobosum aequante apice involuto. *Fl. germ.* 157. 955., *pl. crit.* V. 647., *Fl. germ. exsicc.* 2323.

Icon. tab. DXLIV. Florens et ramus fructiger.

Flos, fructus, idem dissectus, drupa transsecta, semen.

Habitat in pratis montosis et alpinis passim. Jun. Jul. 4.

1158 — 59 vide infra.

1160. Thesium Linophyllum L. stoloniferum suberectum paniculatum, foliis anguste linearibus trinerviis, drupa ovalioblonga superiorem perigonii partem involutam pluries superante. *Fl. germ.* 158. 959., *pl. crit.* V, 845., *Fl. germ. exsicc.* n. 12.

Icon. tab. DXLVI. Planta florens et fructifera.

Flos, idem dissectus, fructus.

Habitat passim in ericetis per Germaniam et rarius in Helvetia: pr. Merdris im Canton Tessin, haud raro circa Chur, pr. Genevam et Longirod in der Waadt: Moritzi. Mai. Jun. 4.

Obs. *Thesium fulvipes* Grieselich Bot. Zeit. species ibi maxime laudata, inter opera insectorum referendum.

1161. Thesium montanum Ehrh. arrectum paniculatum, foliis lanceolato-linearibus quinquenerviis, drupa subglobosa superiorem perigonii partem involutam pluries superante. *Fl. germ.* 158. 960., *pl. crit.* V. 644, *Fl. germ. exsicc.* n. 13.

Icon tab. DXLVI. Florens et supra ramulus fructifer.

Flos, fructus.

Habitat in montosis declivibus graminosis, inprimis calcareis. Mai. Jun. 4.

** Flores unibracteati.

1158. Thesium ebracteatum Hayne: drupa in stipite conico oblonga, perigonii superiorem partem longe superante. *Fl. germ.* 157., *pl. crit.* V. 649. *Th. comosum* Roth. *Fl. germ. exsicc.* n. 14.

Icon tab. DXLV. Florens et fructiferum.
Flos, fructus.

Habitat in silvarum et nemorum graminosis inprimis in regione septentrionali, etiam in Flora Vindobonensi: „auf sumpfigen Wiesen, besonders auf Moor, meist truppenweise, im Ganzen aber selten. Auf Wiesen zwischen Laxenburg, Münchendorf und Guntramsdorf, dann bei Moosbrunn“: Neilreich. Mai. Juni. 4.

1159. Thesium rostratum M. K. drupa sessili perigonii superiore parte longe superata. *Fl. germ.* 157. 953., *pl. crit.* V. ic. 650., *Fl. germ. exsicc.* n. 16.

Icon. tab. DXLV. Planta florens et fructifera.
Fructus et idem dissectus, stamen.

Habitat in alpinis et subalpinis in torrentium glarea in Helvetia, Tiroli, Bavaria et inde planitiei adductum: auf den Isar-Auen bei München: v. Spitzel! Mai. Juni. 4.

1160—1161 conf. supra.

CLXVI. Comandra Nutt. Hermaphrodita. Perianthium superum 5fidum, cor fauci innata glandulosa repanda. Stam. 5. „Antherae pilorum fasciculo dorsali limbi lobis adhaerentes“ perianthii laciniis anteposita. Drupa monosperma. *Thesiosyris* Rchb. ic. hort. bot. anno 1825.

1162. Comandra elegans (Roch) Rchb. fil. perianthii laciniis ovatis acutis, in drupa globosa laevi sessilibus. *Thesium elegans* Rochel. *Thes. Thesiosyris elegans* Rchb. Icon. Hort. bot. t. 19. *Fl. germ.* 157. 951.

Icon. tab. DXLVII. Planta florens et fructifera.
Folium auctum, flos dissectus. Fructus immaturus dis- et transsectus.

Habitat in Bannatu ad vallum Romanorum, Bielo-Berdo: Rochel. Mai. Jun. 4.

1163. Comandra umbellata Nutt. perianthii laciniis lanceolatis acuminatis in drupa subglobosa prominulo-nervosa tubo suffultus.

Icon. tab. DXLVII. Planta florens et fructifera.
Flos a latere visus, dissectus, fructus et idem transsectus.

Habitat in America boreali et comparanda cum proxima europaea, quibusdam identica, additur

CLXVII. Osyris L. Dioica. Maris: perianthium trifidum, stam. 3. Fem. perianthium subquinquefidum, stylus simplex et stigmata duo vel tria. Drupa baccans.

1164. Osyris alba L. fruticulus virgatus, flores axillares. *Fl. germ.* 157. 950., *exsicc.* 562.

Icon. tab. DXLVIII. Rami florentes sexus utriusque et fructifer.
Ramulus masculus auctus, alabastrum, flos masculus dissectus, stamen; flos femineus vario situ, fructus junior et adultus, idem dissectus et embryo auctus.

Habitat in saxosis sterilibus littoralis regionis versus meridiem. Apr. Mai. ♄.

Familia LXXI. **Elaeagneae** R. Br.

Sectio Proteaceearum Repert. herbarii p. XXXXIII et 64.

CLXVIII. Hippophaë L. Dioica. Masc. perianth. bipartitum, stam. 4. Fem. perianth. tubulosum apice bifidum fauce nuda. Galbulus baccans nucem includens.

1165. Hippophaë rhamnoides L. foliis linearilanceolatis supra glabris subtus albidis lepidotis. *Fl. germ.* 162. 889.

Icon tab. DXLIX. Ramus masculus, femineus, fructifer et infra adultefoliosus.
Alabastrum, flos masculus a latere et alius a facie intus visus, flos femineus, germen denudatum, fructus et idem compressione apertus cum nuce, supra pyrena et eadem transsecta.

Habitat ad alpium torrentes exiude in planitie neenon ad littora maris inprimis septentrionalis. Apr. Mai. ♄.

CLXIX. Elaeagnus L. Fl. hermaphroditi et masculi. Perianthium discolor campanulato 4—5fidum, hermaphroditi supra ovarium constrictum deciduumque. Stam. 1—4. Stigma capitatum. Drupa nuce oblonga sulcata.

1166. Elaeagnus angustifolia L. argenteolepidota foliis lanceolatis integerrimis floribus pedunculatis subternis. *Fl. germ.* 163. 900.

Icon tab. DXLIX. Ramus florens et fructifer.
Folii squamulosa superficies quidquam aucta. Flos masculus et hermaphroditus dissectus, monstrose senarius pariter. Drupa, pyrena, eadem dissecta, nucleus, idem dissectus, squamula magis aucta, basis floris hermaphroditi dissecta.

Habitat in Oriente et in insula Osero. Mai. ♄.

Familia LXXII. **Thymelaeaceae.**

Repertorium herbarii p. XXXXIII et 64.

CLXX. Stellera L. Perianthium tubuloso 4—5fidum. Stam. e duplici serie 8 in fauce inclusa. Stylus brevis, stigma capitatum. Nux rostrata perigonio emarcido inclusa. — Genus cum ill. Bertolone conservatum.

1167. Stellera Passerina L. foliis linearibus, floribus axillaribus sessilibus quadrifidis. *Fl. germ.* 163. 991., *exsicc.* 1420.

Icon tab. DL. Planta macrior simplex et ramosa proccrior.
Flos, idem dissectus, fructus cum perianthio, denudatus, semen, nucleus, embryo in suo integumento, denudatus et infra fructus transsectus.

Habitat in agris et montium ealeareorum inprimis declivibus apricis, passim in regione media et meridionali. Jun. Jul. ☉.

CLXXI. Passerina L. Perianthium quadrifidum. Ovarium stylo laterali elongato. Stam. e duplici serie 8. Nux monosperma.

1168. Passerina hirsuta L. fruticosa tomentosa, foliis ovatis carnosis adpressis supra tomentosis subtus glabris, floribus aggregatis, perianthio subcampanulato externe tomentoso, laciniis limbi lateovatis. *Fl. germ.* 163. 994., *exsicc.* 2324.

Icon tab. DL. Rami florentes et fructigeri.
Folium supra et infra visum, flos et idem dissectus.

Habitat in Istriae Liguriaeque collibus. Apr, Mai. ♄.

1169. Passerina Thymelaea DeC. ramis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis acutis glaucis, floribus axillaribus sessilibus inferne solitariis, superne aggregatis, perianthio longe tubuloso, laciniis lanceolatis. *Fl. germ.* 163. 993.

Icon tab. DLI. Planta florens et fructigera.
Flos, masculus et femineus dissectus, fructus, nux et nucleus.

Habitat in Gallia sed olim indicatur in Nicaeae vicinitate et in Valle dell' Artillon ad Baldum a Pona nbi hodie vel non repertam vel exstinctam censeremus. Febr. — Apr. ♄.

Obs. In cl. Steudelii egregio nomenclatore *Thymelaea Cneorum* Fl. Wett. falso huc ducta ad *Daphnem Cneorum* reducenda est.

CLXXII. Thymelaea Adans. All. Bertol.

Perianthium tubuloso 4fidum. Stam. e duplici serie 8, altera in tubo altera in fauce 4. Stylus terminalis brevis, stigma depressum. Nux monosperma perianthio emarcido inclusa.

1170. Thymelaea dioica All. auct. foliis confertis linearidilatatis acutis, subtus punctulatis, floribus dioicis hermaphroditisve axillaribus geminis ebracteatis, limbi laciniis lanceolatis. *Fl. germ.* 163. 992.

Icon tab. DLI. Rami florentis et sterilis.
Flos hermaphroditus et idem dissectus, stamina.

Habitat in Pedemontii collibus „di Tenda" Boissier! Mine de Tenda Reub. fil.! Apr. Mai. ♄.

Obs. Ill. Bertolone propter speciminum defectum ex indicato loco speciem non recepit, haud dubie serius talia accepit.

1171. Thymelaea Tartonrarina All. foliis obovatis coriaceis, plurinerviis ramisque sericeotomentosis, floribus axillaribus terminalibusque aggregatis. *Passerina Tartonrarira* DeC. Reub. *Fl. germ.* 164. 996.

Icon tab. DLII. Ramus florens.
Folium auctum, flos, idem dissectus, nucleus in pericarpio dissecto.

1172. var. *β.* **P. Thomasii** Duby foliis glabris glaucis.

Accepit ex agro Nicaeensi missam Allione, locis ab ill. Bertolone relatis adde: in arenosis maritimis insulae St. Antioco Müller! Mai—Jul. ♄.

CLXXXIII. Daphne L.

Perianthium hypocrateriforme quadrifidum coloratum marcescens. Stam. in tubo e duplici serie octona. Pistillum simplex, stylus abbreviatus, stigma depressum. Drupa carnosa monosperma, nux pendula putamine tenue crustaceo.

1173. Daphne Gnidium L. foliis dilatato linearilanceolatis, floribus corymbosopaniculatis congestis. *Fl. germ.* 164. 997.

Icon tab. DLIII. Planta florens.
Flos dissectus, pistillum, stamen, drupa et eadem dissecta, nux et eadem trans- et dissecta.

Habitat ad Nicaeam et in Dalmatia prope Catarro. Floret aestate, auctumno. ♄.

1174. Daphne glandulosa Bertol. floribus terminalibus subternis, foliis obovato-oblongis obtusis nitidis subtus glandulosopunctatis strigosis. *Fl. germ.* 164. 1001. — Nunc Bertol. *Fl. ital.* 4. 337.

Icon tab. DLIII. Ramus florens.
Folium auctum, flos dissectus, pistillum, stamen.

Habitat in alpibus Apuanis, in Liguria occidentali et in Tiroli italico. Mai—Jul. ♄.

1175. Daphne alpina L. ramis divergentiadscendentibus, foliis tenuibus obovatolanceolatis acutis junioribus pubescentibus, floribus terminalifasciculatis lateralibusve. *Fl. germ.* 164. 1002., *Fl. germ. exsicc.* n. 726.

Icon tab DLIII. Ramus florens.
Flos dissectus, pistillum, stamen, flos fructifer.

Habitat in rupestribus alpiuis et subalpinis usque in Dalmatiam. Apr. Mai. ♄.

1176. Daphne Cneorum L. adscendens, foliis lanceolatis mucronatis, floribus terminalicapitatis externe strigulososubsericeis limbi laciniis ovatis. *Fl. germ.* 164. 998., *Fl. germ. exsicc.* 1319.

Icon tab. DLIV. Planta florens.
Flos dissectus, pistillum, stamen.

Habitat in calcareis apricis subalpinis in Helvetia meridionali, Palatinatu, Bavaria, Suevia, Austria inferiori, Moravia et in littorali excepta Dalmatia. Jun. Jul. ♄.

1177. Daphne striata Tratt. adscendens ramosior, foliis angustelanceolatis obtusis vel emarginatis mucronulatis, floribus terminalicapitatis 4striatis ovarioque glabris, laciniis vix dimidium tubum aequantibus. *Fl. germ.* 164. 999., *l. Fl. germ. exsicc.* 180.

Icon tab. DLIV. Ramus florens.
Pistillum, stamen, flos dissectus.

Habitat in alpibus in Helvetia, Germania, Hungaria. Jul. Aug. ♄.

1178. Daphne collina Smith: foliis cuneatoobovatis nitidis subtus strigosopubescentibus, floribus terminalicapitatis externe ovarioque sericeis. *Fl. germ.* 164. 1000.

Icon tab. DLIV. Ramus florens.
Flos dissectus, pistillum, stamen.

Habitat in locis lapidosis ad flumen Isonzo teste Brignoli, sed videtur non denuo reperta. Apr. Mai. ♄.

1179. Daphne Laureola L. foliis lanceolatis coriaceis, floribus subquinis axillariracemosis bracteatis nutantibus. *Fl. germ.* 165. 1004.; *Fl. germ. exsicc.* 1145.

Icon tab. DLV. Ramus floribundus.
Flos dissectus, stamen, pistillum, drupa, eadem dissecta, nux, eadem dis- et transsecta.

Habitat in silvaticis montosis, ad sepes in Pedemontio et in Helvetia occidentali, Tiroli et Austria. Mart. Apr. ♄.

1180. Daphne Blagayana Freyer: adscendens subsimplex, foliis subcoriaceis obovato-oblongis obtusis glabris, floribus terminali fasciculatis tubo externe pilosello, limbi partitiones ovales superante. Reub. *Fl. germ. exsicc.* n. 1320. (*Daphne* „neu für die Flora“ Freyer in litt. 26. Mai 1837.)

Icon tab. DLV. Planta florens et fructigera.
Flos dissectus, stamen, pistillum, nux, eadem et nucleus dissectus.

Habitat in monte Lorenziberg pr. Billichgraz in Carniolia: Comes a Blagay!, Freyer! Mai. ♄.

Obs. Maio 1837 ab Exc. Comite a Blagay detectam ad me in epistola de 26. Maio 1837 data misit cl. Freyer his verbis: „Ich eile eine höchst interessante, für die Flora neue Daphne mitzutheilen." Cito respondi non solum Florae carnicae sed instituta comparatione cum speciebus descriptis omnino novam eamque inventoris nomine condecorandam propter plantarum in Flora germanica omnino novarum raritatem dignam, ideo *D. Blagayanam* appellandam videri. In epistola de 4. Julio 1837 respondit cl. Freyer: „Die Bestätigung der Neuheit der schönen Daphne war für Herrn Grafen Blagay wie für mich entzückend, ich wünschte, dass der Name „*Daphne Blagayana*" beibehalten werde, ich habe nun auch ein Exemplar an Herrn Prof. Hoppe mitgetheilt. Die Daphne war bei der Entdeckung schon im Verblühen, ich bekam daher kaum noch die 100 Stück, die gegenwärtig (für die *Flora germanica exsiccata*) folgen. Die Blüthenfarbe hat vom Reif, sowie die Blumen selbst sehr gelitten. Die Farbe der Blumen ist blafsgelblichweifs. Die Blume oberwärts dunkler, der *Laureola* ähnlich, unten lichter. Die Beeren sind weifs, fleischig, beinahe durchscheinend, ohne den Kern zu sehen. Zwei soeben erhaltene Fruchtexemplare folgen noch frisch beigepackt, sowie ein separates vorzügliches Blüthenexemplar zur Abbildung."

1181. Daphne Mezereum L. foliis herbaceis ex attenuata basi lanceolatis acutis, florum fasciculis subternis spicatis, perianthii partitionibus ovatis acutis tubum puberulum subaequantibus. *Fl. germ.* 165. 1003.

Icon tab. DLVI. Florens et fructifera.

Flos clausus, dissectus, stamen, anthera transsecta, pistillum, idem dissectum, drupa aperta cum nuce, supra nux et eadem tunica rupta, embryo et idem a latere, germinatio.

Habitat in nemorosis montanis et subalpinis. Fl. Febr. — Mart.

Familia LXXIV. **Amentaceae** Juss.

Repert. herbarii p. XLV et 66.

CLXXIV. Salix L. Monoica. Fl. absque perianthio in amento bracteolati, fem. ovarium stigmatibus 2 subbifidis, masc. stam. subbina — aliis in unum coalita aut 3—00. — Utriusque sexus flores basi 1—2 glandulosi. Caps. unilocularis bivalvis, semina comosa.

a. *glaciales*: fruticulosae, repentes amentis terminalibus.

1182. Salix herbacea L. foliis ovalibus orbiculatisve obtusis retusisque crenatoserratis reticulatis utrinque viridibus glabris, amento pedunculato pauciflore in pedunculo bifolio gemmifero, stylo brevi stigmatibus bifidis, capsula ovatoconica subsessili. *Fl. germ.* 195. 1005, *Fl. germ. exsicc.* 953.

Icon tab. DLVII. Florens et fructifera.

Amentum masculum, flos eiusdem ab utraque pagina, pistillum cum squama ab utraque pagina, fructus dehiscens.

Habitat ad nives perennes in alpibus et sudetis. Jul. Aug. ♄.

1183. Salix polaris Wahlnb. subfiliformis, foliis breve subcordatis, ovalibus obovatisve obtusissimis subintegerrimis glabris, amentis pauciforis, germinibus sessilibus tomentosis rostratis. Wahlnb. lapp. n. 473. t. 13. f. *Fl. suec.* II. 636. 1119. Sv. Bot. 393. Fries *Fl. scand. exsicc.* Summa veget. Scand. p. 211. 46.

Icon tab. DLVII. Florens et fructifera.

(„*Habitat* in locis magis irrigatis Sphagno repletis in alpibus elatis mari propioribus rarius, ut Finmarkiae maxime orientalis in Rastekaisee, ad lacum Torrensem, ad Kirkivare alpium Lulensium, in Snasabögen Jemtlandiae": Wahlenberg!) Hic tantum interjecta, comparanda!

1184. Salix reticulata L. foliis longius petiolatis lateovalibus ellipticisque integerrimis margine subrevolutis rugosis subtus glaucis reticulatis glabrescentibus, amentis terminalibus pedunculatis, styli brevis stigmatibus bifidis, capsulis sessilibus ovatis pubescentibus. *Fl. germ.* 166. 1007., *Fl. germ. exicc.* n. 1427.

Icon tab. DLVII. Florens et fructifera.

Flos masculus ex utraque pagina, amentum fructiferum post capsularum dehiscentiam; flos femineus ex utraque pagina, capsula post dehiscentiam, semen.

Habitat in summis alpibus in locis humidis. Jul. Aug. ♄.

1185—87. Salix retusa L. foliis subsessilibus obovatis vel cuneatis obovato oblongis obtusis retusisve integerrimis aut basi glanduloso remote serrulatis, subrectinervibus glabris, amentis foliatopedunculatis, capsulis pedunculatis ovatoconicis glabris. *Fl. germ.* 166. 1006. *Fl. germ. exsicc.* 954. 955.

Icon tab. DLVIII.

1185. Specimina sexus utriusque formae:

α. serpyllifolia Scop. foliis minoribus obovatis obtusis.

1186. Specimen masculum florens:

β. genuina S. retusa foliis lateobovatis retusis, intermedia forma.

Flos masculus, femineus, capsula dehiscens, semen.

1187. Specimen fructiferum:

γ. Kitaibeliana W. foliis cuneatis obovatooblongis basi remote subserratis, amentis plurifloris.

1192. *δ. Thomasiana* (falso sub Myrsinite collocata) est *reticulato* × *retusa* foliis ovalibus longius petiolatis subtus albidis rugosoreticulatis.

Habitat var. *α.* in alpibus summis, *β.* et *γ.* in minus editis et in subalpinis, *δ.* Bagne en Vallais Thomas! Jul. Aug. ♄.

b. *frigidae:* amenta lateralia, demum foliatopedunculata, squamae apice coloratae, capsulae subsessiles.

1188—91. Salix Myrsinites Linn. foliis lanceolatis ellipticisve utrinque reticulatis nitidis concoloribus glandulososerratis glabrescentibus, amentis longepedunculatis, stylo stigmatibusque subbifidis elongatis, capsula subsessili ovatoconica. *Fl. germ.* p. 166. n. 1009.

Icon tab. DLIX.

1188. *α. genuina*, mas et femina florens, flos et bractea intus visa, fructus ex utraque pagina.

1189 *β. leiocarpa*, ramus femineus fructifer.

Fructus glaber, dehiscens et semen.

1190. *γ. pilosa*, foliis utrinque pilosis, ramus masculus florens.

Flos et folium.

1191. *δ. Jacquiniana* W. foliis integerrimis. *S. Jacquini* Host. Rchb. *Fl. germ.* 166. 1008.

Icon tab. DLX.

1192. *Thomasiana*. hanc falso huc collocatam conf. sub *S. retusa δ.*

1193. *ε. incana*. foliis integerrimis incano-sericeis.

1194. *η. arbutifolia* W. foliis maioribus obovatoovalibus subacutis, amenti elongati bracteis abbreviatis rotundis, stigmatibus bipartitis.

Habitat in editiorum alpium locis humidis. Jun. Jul. ♄.

1195. Salix vestita Pursh. „foliis suborbiculatis integerrimis supra glabris reticulatovenosis subtus villis sericeis longissimis adpressis tectis, stipulis nullis, amentis serotinis pedunculatis linearibus sericeis, germinibus ovatis sessilibus villosis, stylo profunde bipartitostigmatibus bifidis". Pursh. *Fl. bor. am.* II. 610. n. 8. *S. reticulata β. vestita* Trauty.

Icon tab. DLX. Ramus masculus et femineus florens, specimina americana.

Habitat (in Terra di Labrador et in montibus altaicis).

Obs. Propterea hic loci inserta, quod pro *S. reticulatae* forma habeatur. In crenis foliorum easdem ac in *S. reticulata* glandulas adesse vel passim deesse vidi.

1196—98. Salix arbuscula L. foliis glabris lanceolatis ovalibusve breve acutis serratis nitidis subtus glaucis opacis, amentis foliato-pedunculatis, capsulis sessilibus ovato conicis tomentosis stylo elongato fisso, stigmatibus bifidis. *Fl. germ.*. 168. 1020. excl. *S. phylicifolia* etc.

Icon tab. DLXI.

1196. *α. S. Waldsteiniana* W. foliorum serraturis magis remotis et adpressis. *S. arbuscula* Jcq. *Fl. austr.* t. 108. *S. coruscans* Sturm fusc. 25. *S. ovata* Seringe.
Folium, squama masculi cum staminibus et pistillum.

1197. *β. venulosa* Smith. Engl. Bot. 1362. foliis subundulatis, stylo breviore, squamis helvolis.
Folium et flos masculus.

1198. *γ. arbuscula* genuina, foliis distincte crenatoserratis, stylo a basi bipartito.
Folium, flos masculus et femineus, stylus, fructus maturus, semen.

Habitat per alpium tractum in Helvetia atque Germania. Fl. Jun. Jul. ♄.

1199. Salix prostrata Ehrh. et:

1200. Salix prunifolia Smith: foliis petiolatis ovalibus tenuissime venulosis subtiliter denticulatoserratis viridibus, capsulis tomentosis ovatoconicis stylo elongato stigmatibus biclavellatis. *Fl. germ.* 166. sub 1011. *β. S. foetida* Schleich., *alpina* Sut., *prunifolia* Ser., *arbuscula β.* Koch. — *S. vaccinifolia* Sm. Engl. Bot. si folia subtus adpresse pilosella = *S. Hausmanni* Tappeiner in litt. *S. tirolensis* Tapp. in litt. habet folia subtus capsulasque dense tomentosas.

Icon tab. DLXII. 1199. specimen *S. prostratae* e M. Cenisio: v. Charpentier!
1200. specimen e Helvetia.
Folium, amentum, flos masculus et femineus, stigmata.

Habitat in Sabaudia, Helvetia, Tiroli, Carinthia et Salisburgo. Jun. Jul. ♄.

1201. Salix majalis Wahlnb. foliis oblongis undulato-serratis subtus glaucis, amentis subsessilibus ebracteatis, capsulis glabris in stylum longum attenuatis, stigmatibus caeliformiacuatobifidis. *Fl. lapp.* 270. 483. *Fl. germ.* sub 1020. *β.* — *S. phylicifolia γ.* Koch p. 752. *S. tennifolia* Sm. Britt. Fl.

Icon tab. DLXIII. Specimen lapponicum e benevola manu Ill. Friesii!
Folium, flos masculus et femineus, capsula et stigmata.

Habitat in Lapponia et cum sequente comparatur.

1202. Salix Weigeliana W. foliis ellipticis acutis glabris, basi integerrimis versus apicem serratis, subtus glaucescentibus, amentis bracteatopedunculatis elongatis, capsulis ovatoconicis pubescentibus, styli elongati stigmatibus profunde caeliformi-bifidis. Willd. 678. 4. Pers. 601. 48. *Fl. germ. exc.* 168. sub *S. arbuscula.* Koch syn. 751. sub *S. phylicifolia.*

Icon tab. DLXIII. Planta sudetica feminea.
Ramus cum foliis adultis, flos femineus.

Habitat in Sudetis! Jun. ♄.

Obs. Ambigit inter *S. arbusculam* et *phylicifoliam* s. *bicolorem*.

1203. Salix phylicifolia L. foliis ovalibus obovatisve a basi remotiuscule serratis subtus glaucis glabrescentibus, amentis subsessilibus subbracteatis, capsulis ovatoattenuatis longevillosis, styli elongati stigmatibus bifidis. *Fl. germ.* sub **1020.** et *S. bicolor* Ehrh. ib. add. **1017.** Rchb. *Fl. germ. exicc.* **1620—30.**

Icon tab. DLXIV. Ramus floribus masculis et femineis, foliifer vernalis et folia adulta.
Flos uterque.

Habitat in Hercynia in Bructero: Hampe! Mai. Jun. ♄.

Obs. Ill. Fries in Herb. scandinav. habet *S. phylicifolium tenuifolium* Fr. Nov. Mant. I. quae *S. tenuifolia* Linn. herb. Fl. lapp. n. 352. *S. arbuscula* Wahlnb. Lapp. Haec cum nostra convenit, nisi folia diceres magis lanceolata nec apice reflexa. Sed altera: „*S. phylicifolia* Linn. herb. et Fries herb. scandinav. cui adduntur synonyma: „Smith. *S. bicolor* Ehrh., *S. nigricanti-phylicaefolia* Laestad. — Hue teste Linn. lapp. n. 351. et hanc Wahlnb. Lapp. 17. f. 3. sistit" a nostra omnino foliis oblongo-lanceolatis mollibus utrinque adpresse pilosellis griseocanescentibus differt et ipse auctor Herbarii addit: „Forte a sequente separanda, sed exstant formae mediae, qualis in H. N. III. exhibetur. Haec infer alpina in Scania copiose culta, ubi amenta collegit A. E. Lindblom." — Species pari jure ad Capreas amandanda.

1204. Salix laurina Sm. foliis ovalilanceolatis acutis remoteserratis atrovirentibus subtus glaucescentibus, ovariis sericeis. Smith. *Fl. germ. exsicc.* dto.

Icon tab. DLXIV. Florens et fructifera et ramus cum folus adultis.
Flos femineus et squama.

Habitat „zwischen Schönfeld und Abtnaundorf bei Leipzig häufig": Rauch! Petermann!*)

Obs. Etiam haec transit cum praecedente in Capreas quae revera non magis ac reliqui greges stricte discernuntur.

1205. Salix caesia Vill. foliis ovalibus ellipticis lanceolatisve integerrimis subrevolutis breve acuminatis viridicaesiis, amentis bracteatis subsessilibus abbreviatis, capsulis brevepedicellatis ovatoconicis tomentosis, stigmatibus brevibus subbifidis. *Fl. germ.* **166. 1010.** et *Fl. germ. exsicc.*

Icon tab. DLXV. Rami utriusque sexus floriferi, fructifer et foliis variae formae adultis vestiti.
Amentum masculum, flos masculus, flos femineus, capsula post dehiscentiam, semen.

Habitat in uliginosis ad rivulos in summis alpibus in Helv. Vaudensis M. Enzeindaz, Monte Cenisio: Huguenin! in Tirolis occidentalis „Nauderertha" 4000′: Tappeiner! Jun. Jul. ♄.

1206. Salix formosa W. foliis oblongis acutis serrulatis glabris supra nitidis subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis, capsulis sub stylo elongato inerassatis serieeovillosis. Sub *S. prunifolia* Sm. *β. Fl. germ.* **166. 1011.** Hayne dendrolog. Flora S. **185.**

Icon tab. DLXVI. sistit specimen Willdenowianum.
Flos femineus.

Indicatur in alpibus in Helvetia et in Carinthia.

Obs. Folia ciliata nonnisi novella video, prepterea diagnosi non convenire videntur. *S. prunifoliae* quidem et *S. foetidae* adducta, tamen ab illis facile distinguenda.

1207. Salix arctica Pall. foliis petiolatis ovalibus obovatolanceolatisve integerrimis utrinque villosocanescentibus, amentis longepedunculatis bracteis pluribus petiolatis.

---

*) Falso addidit „an der Elbe" ill. Koch, quum Albis in ea Saxoniae parte non flueret.

Icon tab. DLXVI. Specimen latifolium et angustifolium in Groenlandia lectum.
Flos masculus, squama.

Habitat in Groenlandia et in Sibiria boreali.

Obs. Species e rarioribus comparanda additur.

c. *Capreae:* amenta lateralia, demum foliatopedunculata, squamae ovatae apice coloratae, capsulae pedunculatae.

1208—10. Salix depressa L. foliis obovatis ellipticisve integerrimis aut serratis et ramorum novellorum undulatoserratis subtus glaucescentibus, junioribus puberulis demum glabrescentibus, amentis pedunculatis bracteatis, capsulis longepedicellatis ovatoelongatis, stylo brevi, stigmatibus bifidis.

Icon tab. DLXVII.

1208. *α. cinerascens* Wahlnb. foliis utrinque velutinis. Haec supra glabrescens dicitur *S. sphacelata* Smith. brit. 1066.
Specimen masculum et femineum florens.
Flos masculus et femineus.

1209. *β. livida* Wahlnb. foliis iam novellis glabrescentibus subtus glaucolividis.
Specimen femineum florens et fructiferum maturissimum.
Flos femineus.

1210. *γ. Starkeana* W. foliis subrotundoellipticis demum serratis glabris subtus glaucescentibus, amentis coaetaneis.
Specimen florens femineum, aliud fructiferum et ramus novellus.
Flos femineus, stigmata, capsula post dehiscentiam, semen.

Habitat in turfosis in Silesia „um Gross-Tschirnau bei Gubrau“: Starke! non iterum reperta. Apr. Mai. ♄.

1211. Salix glabra Scop. foliis ovatolanceolatis ellipticisve serratis glabris lucidis subtus glaucescentibus stipulis glanduliformibus, amentis bracteatopedunculatis, squamis oblongis pilosis glabrescentibus, capsulis pedicellatis ex ovata basi subulatis glabris, styli elongati stigmatibus profunde bifidis. *S. Wulfeniana* W. Rchb. *Fl. germ.* 168. 1023.

Icon tab. DLXVIII. Rami plantae masculae et femineae florentes et fructifer.
Flos masculus ex utraque pagina, femineus et capsula post dehiscentiam.

Icon tab. DLXIX. 1212. *β. cenisia* R. foliis subtus ad nervos pubescentibus, amenti squamis longissime villosis. — *Salix Pontederae* Vill. t. 50. f. 8. Bonjean, Seringe, Thomas, non Willd. *S. hastata γ. viburnoides* Gaud., *malifolia* Sm. E. Bot. 1617.?
Rami florentes et fructifer.
Flos masculus et femineus et capsula dehiscens.

Habitat in alpibus in Styria Carniolia, Carinthia, Salisburgo, Tiroli et var. *β.* in Monte Cenisio, Jun. Jul. ♄.

1213. Salix hastata L. foliis ovatoacuminatis ovalibus aut subrotundis serratis glabris stipulis semicordatis acutis, amentis bracteatopedunculatis, squamis villosis, capsulis glabris. *Fl. germ.* 168. n. 1022.

Icon tab. DLXX. Rami florentes masculus et femineus et foliosi alter foliis latissimis: vera *S. malifolia* Sm. alter novellus foliis stipulatis.
Flos masculus et squama intus visa, femineus et semen.

Habitat in alpibus, in Sudetis et in Harcyniae montibus pr. Stollberg. Apr. Mai. ♄.

1214—15. Salix glauca L. foliis lanceolatis ovalibusve integerrimis utrinque villosis subtus cinereis glabrescentibus, stipulis ovatis acutis, amentis bracteatopedunculatis, styli mediocris stigmatibus elongatis profunde bifidis, capsulis subsessilibus ovatis tomentosis. *Fl. germ.* 166. 1013., *exsicc.* 1628.

Icon tab. DLXXI. **1214.** Ramus masculus et femineus florens.

Amentum maturissimum post dehiscentiam.

Flos masculus, femineus, semen, folium ex utraque pagina.

1215. *β. claeagnoides* Schleich. foliis anguste lanceolatis, capsulis distincte pedicellatis.

Ramus masculus et femineus florens.

Flos masculus et femineus ex utraque pagina visus.

Habitat in alpibus in Sabaudia, Pedemontio, Jun. Jul. ♄.

Obs. Propter capsulas mox sessiles mox pediccllatas ambigit cum sequente inter frigidas atque Capraeas.

1216. Salix Lapponum L. foliis lanceolatis acuminatis subintegerrimis iunioribus sericeis adultis supra rugosis viridibus subtus niveotomentosis, stipulis semicordatis recurvatoacutis, amentis sessilibus demum brevepedunculatis, germinibus tomentosis styli mediocris stigmatibus bifidis. *S. limosa* Wulfb. Rchb. *Fl. germ.* 167. 1014., *Fl. germ. exsicc.*

Icon tab. DLXXII. Ramus florens masculus amentis praecocibus et alius amento coaetaneo, tertius femineus.

Flos masculus, femineus, capsula, valvula altera, capsula dehiscens, folium ex utraque pagina.

Habitat in uliginosis alpium et in Sudetis. Mai. Jun. ♄.

1217—18. Salix nigricans Smith: folus ovatis, ovalibus lanceolatisve undulato serratis subtus cinereis, iunioribus ramulisque novellis puberulis demum glabrescentibus, stipulis semicordatis apice recto, amentis fructiferis pedunculatis, styli longissimi stigmatibus bifidis. *S. phylicifolia* Auct. Rchb. *Fl. germ.* 168. 1024., *exsicc.* 568.

Icon tab. DLXXIII. **1217.** Rami floribundi, masculus et femineus.

1218. Rami florentes varietatis *β. criocarpae.*

Utriusque flores et fructus, folium profundius dentatoserratum et alind e ramo novello stipuliferum.

Habitat in locis subalpinis porro ad Rhenum et in Borussia, prope Hamburgum et Lipsiam. Mai. ♄.

1219. Salix silesiaca W. foliis obovatis acuminatis undulatoserratis subconcoloribus glabrescentibus, stipulis reniformisemicordatis, amentis demum brevepedunculatis, styli mediocris stigmatibus bifidis, capsulis longepedicellatis. *Fl. germ.* 169. n. 1027.

Icon tab. DLXXIV. Ramus masculus et femineus florens.

Flos masculus, femineus, capsula post dehiscentiam, semen, folium stipuliferum.

Habitat ad rivulos in Sudetis et in Styria. Mai. Jun. ♄.

1220—21. Salix aurita L. foliis obovatis rugosis recurvatoacutis undulatosubserratis pubescentibus subtus glaucotomentosis, stipulis reniformibus, gemmis glabris; amentis demum foliatopedunculatis, capsulis elongatis tomentosis, styli abbreviati stigmatibus crassis bifidis. *Fl. germ.* 169. 1027.

Icon tab, DLXXV. Ramus masculus et femineus florens, fructifer et alius cum foliis adultis.

Flos masculus, femineus, stigmata magis aucta, capsula dehiscens.

1221. *β. cladostemma* Hayne, staminibus monadelphis

Flos masculus.

Habitat in silvaticis humidis. Apr. Mai. ♄.

1222—23. Salix cinerea L. foliis obovatolanceolatis ellipticisve breve acuminatis undulatoserratis rugosis cinereopubescentibus subtus tomentosis, stipulis reniformibus, gemmis incanis; amentis demum foliatopedunculatis, capsulis ex ovata basi elongatis, stigmatibus crassis bipartitis subsessilibus. *Fl. germ.* 169. 1028., *exsicc.* 1140.

Icon tab DLXXVI. 1222. Ramus masculus et femineus florens.
Ramulus in medio amentis androgynis germinibus glabrinsculis: *S. Rothii* Hpe.
Flos masculus, femineus, capsula dehiscens, semen.

1223. Var. Foliis obovatis: *S. aquatica* Sm.

Habitat in humidis silvaticis. Apr. ♄.

1224. Salix caprea L. foliis ovalibus ellipticisve recurvoacutis undulatocrenatis subtus glaucotomentosis, stipulis reniformibus, gemmis glabris; amentis demum foliatosubpedunculatis, capsulis ex ovata basi elongatis, stigmatibus clavatis bifidis subsessilibus. *Fl. germ.* 170. 1031.

Icon tab. DLXXVII. Ramus masculus et femineus florens, folia variae formae adulta, infra ramulus cum amento maturo foliis integerrimis: *S. sphacelata* Sm.
Flos masculus, femineus, capsula dehiscens.
Tab. DLXXIX. 1227. Var. *parvifolia: S. sphacelata* Sm. e locis siccioribus.

Habitat in silvaticis umbrosis humidisque. Mart. Apr. ♄.

1225. Salix grandifolia Ser. foliis obovatooblongis acuminatis subundulatoserratis subtus cinerascentipubescentibus, stipulis reniformiacuminatis, gemmis glabris, amentis foliatobrevepedunculatis, capsulis ex ovato elongatis, stigmatibus crassis bipartitis subsessilibus. *Fl. germ.* 170. 1030.; *exsicc.* 729.

Icon tab. DLXXVIII. Ramus florens masculus et femineus in medio fructifer, infra ramus novellus cum foliis.
Flos masculus et femineus, stigmata.

Habitat in silvaticis subalpinis. Mart. Apr. ♄.

1226. Salix holosericea Willd. foliis lanceolatoattenuatis serratodentatis subtus tomentosis, stipulis semiovatis obtuseacuminatis; amentis bracteatis sessilibus, capsulis ex ovata basi lanceolatis, stigmatibus clavatis bifidis. *Fl. germ.* 269. 1029.

Icon tab. DLXXIX. Ramus masculus florens. Ramulus folifer et alius novellus.
Flos masculus.

Habitat an der Rasenmühle bei Göttingen et pr. Treptow in regione Berolinensi. Apr. ♄.

1227. Salix caprea (sphacelata) parvifolia cf. supra.

1228. Salix salviaefolia Link: foliis oblongolanceolatis recurvoacutis subdenticulatis subtus incanotomentosis rugosis, stipulis oblique ovatis acutis; amentis bracteatis subsessilibus, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis, stigmatibus crassis bifidis stylo longioribus. *Fl. germ.* 170. 1012.

Icon tab. DLXXX. Ramus junior et adultior femineus, infra ramulus cum foliis adultis et folium rami novelli cum stipulis.
Flos femineus et adultior maturans.

Habitat in Helvetia in der Eymatte bei Bern et in Tiroli australi. Mai. ♄.

Obs. Cl. Thomas se ante 40 et quod excurrit annos hanc speciem, sed marem nunquam, se legisse speciminibus adscripsit.

1229. Salix Seringeana Gaudin: foliis oblongo lanceolatis acuminatis crenulatis subtus albotomentosis rugosis, stipulis ovatis acutis; amentis bracteatis subsessilibus, capsulis ex ovata basi attenuatis tomentosis, stigmatibus bifidis stylo brevioribus. *Fl. germ.* 170. 1033.

Icon tab. DLXXXI. Ramus femineus florens et adultior. Rami foliis junioribus et omnino adultis. Capsula cum squama.

Habitat ad rivulos alpinos in Helvetia, Tiroli, Carniolia. Apr. ♄.

d. *purpureae*: amenta sessilia destincte praecocia, squamae apice coloratae; antherae et quibusdam virgulta purpurascentia.

1230—35. Salix purpurea Linn. foliis subsessilibus lanceolatooblongatis supra medium latioribus acuminatis anguste serrulatis glabris; amentis bibracteatis sessilibus suboppositis, staminibus monadelphomonandris, capsulis ovatis, stigmatibus crassis bifidis sessilibus. *Fl. germ.* 171. 1040.

Icon tab. DLXXXII. Ramus masculus et femineus in medio adulte foliosus.
Flos masculus, fructus, stigmata.

Tab. DLXXXIII. 1231. *β. monadelpha*: staminibus fissis.
Ramus masculus florens, foliifer et flos.

1232. *γ. Helix* L. erectopatula gracilior „folia superiora opposita", stylus distinctus.
Ramus femineus florens et fructifer, supra adultus foliosus.
Flos femineus et super eum fructus.

Tab. DLXXXIV. 1233. *δ. sericea* = *repenti* × *purpurea* Wimm. folia iuniora subtus sericea demum glabrescentia.
Ramus femineus florens et foliosus adultus.
Flos femineus.

1234. *ε. semitriandra* Lasch: foliis viridibus fortius reticulatis.
Ramus masculus florens, foliosus adultus.
Flos masculus.

Tab. DLXXXV. 1235. *η. Lambertiana* Sm. amenta maiora crassiora, folia latiora, capsulae crasse ovatae.
Ramus masculus et femineus florens et alius gemmifer, tandem adultefoliosus.
Flos masculus, fructus.

Habitat ad fluvios, torrentes, rivulos et in paludibus. Apr. ♄.

1236. Salix rubra Huds. foliis lanceolatooblongatis acuminatis denticulatoserratis subrevolutis, tenuissime puberulis glabrescentibus, stipulis lanceolatolinearibus; amentis bracteato subsessilibus, staminibus basi connatis, capsulis sessilibus ovatis tomentosis stigmatibus filiformibus vix emarginatis stylum subaequantibus. *Fl. germ.* 171. 1039.

Icon tab. DLXXXVI. Ramus florens masculus et femineus, infra fructifer, ad dextram adultefoliosus.
Flos masculus, femineus, capsula.

Habitat ad aquas fluentes et stagnantes. Marl. Apr. ♄.

Obs. Est hybrida *purpureo* × *viminalis* teste cl. Wimmer!

1237. Salix Pontederana Willd. foliis obovatolanceolatis crenatoserratis integerrimisve acuminatis subtus glaucis glabrescentibus, amentis bracteatis sessilibus, staminibus connatis, capsulis ovatis tomentosis stigmatibus crasse clavatis stylo longioribus. *Fl. germ.* 171. 1041. *S. discolor* et *austriaca* Host!

Icon tab. DLXXXVII. Ramus femineus post anthesin et adulte foliosus, folium.
Flos femineus, capsula dehiscens, squama, amentum post dehiscentiam.

Habitat in Tiroli: „bei dem Baebe Avisio unter Vigo in Fassa“ Facchini! Kitzbühel: Traunsteiner! In der Gegend von Wien „in Bergwäldern sehr selten“, bei Mauerbach: Host! bei heil. Kreuz: Dolliner! in Krain: Graf! in Böhmen: Benesch! in Sachsen: Langebrück bei Dresden: Rchb.! Mart. Apr. ♄.

Oes. Videtur *S. cinerea*⨯*purpurea* et antherae purpurascentes ideo demum lutescunt. Abunde diversa a *S. Pontederae* Vill. quam conf. supra sub *S. glabra β. cenisia.* Hanc *S. hastatam γ. viburnoidem* Gaud. sistit.

c. *repentes:* humillimae, amenta abbreviata laxiflora, iuniora aequaliter velutina, squamae obovatae vel spatulatae apice discolores, capsulae pedunculatae.

1238. Salix angustifolia Wulf. foliis lanceolatoelongatis rectoacuminatis subrevolutis remote glandulosodenticulatis integerrimisve subtus sericeis, stipulis lanceolatis; amentis bracteatis subsessilibus, capsulis ovatolanceolatis, stigmatibus teretibus bifidis stylum superantibus. *S. incubacea* Linn. spec. Amoen. Ac. porro frutet. suec. in Herb. et Willd. *S. pratensis* Host. Sub *S. rosmarinifolia* var. *Fl. germ.* 167. 1018.

Icon tab. DLXXXVIII. Ramus femineus florens et infra adultus post maturitatem.

1238 b. *S. canaliculata* Besser! specimen e manu b. auctoris.

Flos utrimque femineus et fructus.

Habitat in paludosis turfosis in Austria, Carniolia, Carinthia, in Fl. Megapolitana, Silesia et Hamburgi im Besenhorst: Sonder! Mai. ♃.

Obs. Hanc cl. Wimmer forte non iniuste pro *S. repentis* varietate habet.

1239. Salix repens L. foliis lanceolatis recurvoacutis subrevolutis integerrimis subglanduloso denticulatisve nitidis subtus sericeis, stipulis lanceolatis, capsulis ovatis, stigmatibus teretibus bifidis stylum superantibus. *Fl. germ.* 167. 1019.

Icon. tab. DLXXXIX. Ramus masculus florens, femineus fructifer.

Caudex repens.

Flos masculus ex utraque pagina, femineus et capsula dehiscens.

Tab. DXC. 1240. *β. fusca* Sm. foliis ellipticolanceolatis capsulis tomentosis.

Ramus masculus et femineus florens et foliosus adultus.

Flos masculus ex utraque pagina, femineus, capsula, semen.

1241. *γ. leiocarpa,* capsulis glabris, ramus fructifer.

Habitat in pratis uliginosis et arenosis humidis. Apr. ♄.

1242. Salix rosmarinifolia L. foliis linearilanceolatis rectoacutis margine planis integerrimis glandulosodenticulatisve subtus sericeis, stipulis lanceolatis; amentis abbreviatis laxifloris, capsulis ovatoattenuatis tomentosis, stigmatibus bifidis stylo longioribus. *Fl. germ.* 167. 1018.

Icon tab. DXCI. Ramus femineus florens et fructifer et adulte foliosus.

Flos femineus, pistillum et squama, fructus, semen.

Habitat in pratis turfosis in regione septentrionali. Apr. Mai. ♄.

Obs. Etiam haec a quibusdam *S. repenti* adducitur, sed num genuina sit quam nusquam nisi erectam vidi, dum *S. repens* semper obliqua est, liect dubitare.

1243. Salix argentea Sm. foliis integerrimis serratisve ovalibus subrevolutis recurvoacutis villosulis subtus argenteosericeis, amentis oblongis laxifloris, capsula ovatoattenuata, stigmatibus bifidis stylum subaequantibus. Sub *S. repente* var. *Fl. germ.* 167. 1019.

Icon tab. DXCI. Ramus femineus florens et adultus foliosus.

Flos et fructus cum squama, folium.

Habitat ad littora maris septentrionalis, legi pr. Kattwyk. Apr. Mai. ♄.

Obs. Multae varietates *S. repentis* pro *S. argentea* mittuntur, sed nescio num genuina huic iure meritoque possit adnumerari.

1243b. **Salix ambigua** Ehrh. foliis lanceolatis recurvoacutis subtus plicatorugosis iunioribus candidesericeis, amentis oblongis densiflоris, capsula ovatoattenuata, stigmatibus bifidis subsessilibus. *Fl. germ.* 167. 1017. *S. plicata* Fries. *S. incubacea* Linn. *Fl. suec.*

Icon tab. DXCII. Ramus masculus et femineus florens.
Ramus adultefoliosus.
Flos masculus et femineus.

Habitat in pratis uliginosis et videtur *S. aurito* × *repens*, in quarum consortio oritur sed radicibus mire propagatur. Apr. Mai. ♄.

1243c. **Salix versifolia** Wahlnb. foliis lanceolatis subintegerrimis subtus punctatis sericeisve glabrescentibus, amentis foliatopedunculatis, capsulis ovatoconicis, stigmatibus bipartitis stylum subaequantibus, pedunculo capsulam subaequante. Wahlnb. *lapp.* 271. t. 18. f. 2. *S. fusca* Linn. *Fl. lapp.* n. 364. t. 8. f. r. teste Fries. Svensk Bot. 511.

Icon tab. DXCII. Specimina e manu ill. Fries.
Ramus masculus et femineus florens et alii foliis magis vel magis adultis.
Flos masculus et femineus.

Habitat quidem supra boreales limites *S. repentis* in Dalekarlia, Jemtlandia et per Lapponiam silvaticam in dumetis paludosis, sed propter affinitatem inter eam atque vicinas additur. Jun. Jul. ♄

1244. Salix myrtilloides L. foliis subcordatis, ovalibus lanceolatisve integerrimis opacis glaberrimis subtus reticulatis, amentis oblongis laxifloris foliatolongepedunculatis, squamis pedicello subbrevioribus, capsulis ovatoattenuatis glabris, stigmatibus subsessilibus excisis. *Fl. germ.* 167. 1015., *Fl. germ. exsicc.* 1139. *S. elegans* Besser!

Icon tab. DXCIII. Planta repens, foliis ovatolanceolatis, ramus masculus florens, foliis nondum evolutis et femineus post anthesin foliis adultis, supremis subcordatis.
Flos masculus, fructus cum squama, folium ovale ex utraque pagina.

Habitat in paseuis uliginosis et ericetis subalpinis in Bavaria: Deininger Moos bei München: v. Spitzel! et in Silesia: Königshuld in Obersehlesien: Fincke! auf der Heuscheuer am grossen See: Neumann, auf der Iserwiese: Tausch! Mai. Juni. ♄.

1245. Salix finmarchica Willd. foliis obovatoellipticis lanceolatisve subrepandis integerrimisve recurvatoapiculatis, iunioribus subtus sericeopuberulis glabrescentibus subtus subglaucis, stipulis semiovatis rectis; amentis oblongis laxifloris, capsulis ex ovata basi attenuatis, stigmatibus bipartitis stylo brevioribus. *Fl. germ.* 167. 1016. *S. onusta* Besser!

Icon. tab. DXCIV. Ramus masculus florens, femineus fructifer et adulte foliosus.
Flos masculus ex utraque pagina, fructus et idem dehiscens, semen.

Habitat in pratis uliginosis ad Königshuld in Silesia superiori: Fincke! Mai. Jun. ♄.

Obs. Haec omnino est *S. aurito* × *myrtilloides* e consortio specierum in loco et e foliorum vario habitu mox alteri specieram magis conveniente. Specimina vidi foliis subtus laevissimis alia rugosis et distincte recurvo apiculatis. Planta Willdenowii, Besseri et Friesii secundum specimina authentica omnino eadem est, sed nusquam *S. repenti* associanda, a qua iam toto habitu recedit. Capsulae tamen rarissime pilosellae.

1246. Salix vilnensis Gorsky: foliis lanceolatis integerrimis iunioribus undulatis utrinque pubescentisericeis supra glabrescentibus; amentis oblongis, capsulis ovatolanceolatis, stigmatibus teretibus bifidis stylum subaequantibus.

Icon tab. DXCV. Ramus femineus fructifer adulte foliosus.
Capsula cum squama, alia dehiscens, semen.
Folium.

Habitat Vilnae.

Obs. Memorabilem formam ommittere nolui. Cl. inventor eam pro *S. finmarchico* ⩒ *myrtilloide* habet. sed quum ipsa finmarchica sit *aurito* ⩒ *myrtilloides* et haec nostra foliis maioribus, mollioribus. magis pubescentisericeis et iunioribus laxe undulatis differat, quaero numne *cinereo* ⩒ *myrtilloides* sit. Cum *S. versifolia* Wahlnb. fere eandem dicerem.

1246b. **Salix sibirica** Pallas.

Icon tab. DXCV. Ramus florens masculus et femineus et adulte foliosus.

Flos masculus et femineus.

(*Habitat* in Sibiria, specimina altaica repraesentata legit ill. Ledebour!)

Obs. Hanc minus cognitam addidi propterea quod eam pro *S. caesiae* forma *vitellina praecociori* haberem, non enim ab ea, quam supra secundum speeimina cenisia repraesentavi, differt, nisi ramis vitellinis atque amentis paulo praecocioribus.

f. *viminales*: amenta subpraecocia subsessilia, squamae apice coloratae, stamina bina, capsulae subsessiles aut breve pedicellatae.

1247. Salix incana Schrk. foliis lanceolatolinearibus elongatis acuminatis denticulatis subtus albotomentosis; amentis demum foliatopedunculatis, capsulis ovatolanceolatis glabris pedicellatis, stigmatibus bifidis stylo brevioribus. *Fl. germ.* 170. 1038.; *exsicc.* n. 958. *riparia* W. *lavandulaefolia* Lap.

Icon tab. DXCVI. Ramus masculus et femineus florens et adultefoliosus.

Flos masculus, femineus et fructus.

Habitat ad alpium torrentes et in ripis in planitiem excurrentibus, am Rhein bei Pforzheim, an der Donau, in Schlesien an der Weichsel bei Weichsel, an der Oelse bei Freistadt, an der Mora bei Troppau. Apr. Mai. ♄.

1248. Salix viminalis L. foliis elongatolanceolatis acuminatis integerrimis subrepandis subtus revolutis sericeis, stipulis linearibus; amentis sessilibus, capsulis breve ovatis sessilibus, stigmatibus bifidis stylo brevioribus. *Fl. germ.* 170. 1037.

Icon tab. DXCVII. Ramus masculus et femineus florens, amentum fructiferum, infra ramus adultefoliosus et in medio ramus novellus stipulatus.

Flos masculus, femineus et fructus cum squama, capsula dehiscens, semen.

Habitat ad ripas et paludes inprimis in solo arenoso. Mart. Apr. ♄.

1249. Salix stipularis Sm. foliis lanceolatooblongatis acuminatis integerrimis subrepandis subtus tomentososubsericeis, stipulis semicordatis, amentis sessilibus, capsulis breveovatis pedicellatis, stigmatibus profunde bipartitis stylum subaequantibus. *Fl. germ.* 170. 1036. *S. longifolia* ♀ Host.

Icon tab. DXCVIII. Ramus femineus florens et adulte foliosus in medio novellus et folium cum stipulis.

Flos femineus.

Habitat in Austria inferiori an den Ufern der Donau: Dolliner! et in insula Norderuey: Baekeler! Mart. Apr. ♄.

